

## **Claudii Fleurii Abbatis Historia Ecclesiastica**

Ab anno Christi 1400. usque ad annum 1415 - Unacum Dissertatione  
Præliminari Ad Historiam Sæculi XV.

**Fleury, Claude**

**August. Vind. [u.a.], 1767**

**VD18 90118286**

§. 78. Locus Concilii Papæ minus acceptus.

---

[urn:nbn:de:hbz:466:1-66281](#)

**Secul. XV.** vato Pontificis commodo anteferendum  
A.C. 1413. arbitrati.

§. LXXVIII.

*Locus Concilii Papæ minus acceptus.*

Pontifex tum Bononiæ hærens allato  
hujus rei nuncio tantam mœroris ve-  
hementiam sensit, ut animo plane conci-  
dens persæpe sortis suæ invidiam dete-  
staretur, seu potius nimiam incusaret fa-  
cilitatem, suamque imprudentiam, qua-  
tam leviter a præconcepto desistens  
consilio sese manibus pedibusque ligatum  
tanti Regis mancipasset arbitrio, cuius  
ea esset auctoritas, ut cuncta, quæ forte  
Synodus adversus eum decerneret, exe-  
qui facile posset. Nihilominus huic quo-  
que dolori suo imperare cogebatur, ne  
suspiciones ac Christiani Orbis odia in se  
provocaret, vel animum a Concilii cele-  
bratione omnino alienum proderet, quod  
certius eventurum noverat, si in alio-  
rum notitiam veniret, Legatos suos se-  
dulo de omnibus prospexitse mediis, ac  
plenæ securitati, quovis meliori modo,  
consuluisse. Cum itaque illimitatam au-  
toritatem a se Legatis datam fuisse nec  
inficiari, nec mandatum revocare posset,  
absque aperta tam Legatorum, quam  
Sigismundi injuria; Imperatorem conve-  
nire, primo quidem Placentiæ, postea  
vero

vero Laudæ animo tandem constituit, ad Sæcul. XV.  
alia forte consilia eum inducturus,

A.C. 1413.

§. LXXIX.

*Colloquium Laudæ Papam inter &  
Imperatorem.*

Frequens in hac urbe utrinsque erat col- *Leonard.*  
loquium, sed irrito semper successu, *Aretin. de*  
nunquam enim Joannis XXIII. votis in- *reb. Ital.*  
tentus respondebat eventus. Hic enim  
pro majori Cardinalium commodo Syno-  
dum in quadam Italiæ urbe convocari  
desiderabat: Ast opponebat Imperator,  
non minus S. R. I. Electores Ecclesiastis-  
cos a superandis alpibus abhorre. Si  
gismundo igitur fleti nescio, Papa cede-  
re cogitur, atque inter utrumque con-  
ventum est, ut Concilium Constantiæ ad  
primam Novembris diem Anni supra mil-  
lesimum quadringentesimi decimi quar-  
ti celebraretur. Vix non integrum men-  
sem hæc consultatio tenuit, illique Papa  
semper in Pontificalibus solio insidens in-  
terfuit, assidente eidem Imperatore, qui  
Diaconi Dalmatica indutus erat.

§. LXXX.

*Papa & Imperator Cremonam abeunt.*

Pontifex atque Imperator Lauda di- *Pogg. hist.*  
scendentes Cremonam profiscuntur, *Flor. p. 157.*  
*Hist. Eccles. Tom. XXV.* Z a Ga-